



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Oculus amorusus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

CONSIDERATIO  
XXXII.

AMOR DEI,

*Puritas cordis.*

Cor ferum purgat à rubigine. Amor Dei cor à labe  
purum. Cor purum, cor amans; & tam purum,  
amans. Utinam cor meum esset plenum cœlesti  
gratia, ut totum vacuum inveniretur a culpa! *Fiat cor  
meum maculatum, ut non confundar: ac proinde to-  
tum immetetur igne cœlesti atque divino.*

*Exaudi orationem tuam, summe Pater familias, mendicis  
prope aperiri pulsanti. Exaudi orationem servi tui.  
Cor mundum crea in me, Deus, & purificatum purif-  
ica à summa Divini Amoris. Cor meum, Deus  
habitatio tua: convenit, ut sit longè mun-  
dissima pro te superpurissimo. Purissimus est Amor  
quo amas te ipsum: purissimus etiam ille amor,  
quo venis ad nos: ita purissimus pariter sit amor meus  
ipse.*

Debetis te amare illa puritate amoris, qua Seraphini  
amant: amare te divina puritate, qua tu, Deus amas  
omnem: amare te amore tam puro, ut vellem aliud  
amare, quàm amor, totus amor, totus amatus, totus  
amatus tui.

217  
E. 1

CONSIDERATIO  
XXXIII.

AMOR DEI,

*Oculus amarus.*

Quia Divinus Amor supponit unum trium Luminum,  
Fidei, vel Intellectus, vel Gloriam; quæ differunt,  
E s sicut

sicut stellæ, Luna, & Sol: in hac vita non debemus contenti esse lumine Fidei; sed ulterius progredi ad lucem Intelligentiæ, quod est donum Sapientiæ, donum quod est Spiritus Sancti, quo altissime degustamus, ac percipimus mysteria nostræ Sanctæ Fidei.

Hæc Sapiëntia est unio amorosa cum Deo. *Opus est in Deum transformatio: non quidem secundum substantiam, sed secundum accidentia: ut ferrum candens, et illuminatus, ut materia formâ informata, ait Gerson.*

Concede mihi, Domine, hæc divinam Sapiëntiam fac, Domine, ut oculus mei intellectus, sit amorosus: intellectus cum affectu, Fides cum Caritate, Sapiëntia cum divino Amore. *Cognoscam te, Domine, et tu me; cognoscam, ut sapiam: sapiam, ut amem. Et quiescat anima mea, ut materia in forma, lapideus in opere, & qualibet res in fine.*

## CONSIDERATIO XXXIV.

AMOR DEI,

*Ars Divina.*

**A**rs est artium, ars amoris, ait Bernardus. *Superat & excedit omnem artem: quia est supra humana, sed divina; quam non industria humana venit, sed Bonitas & caritas Dei. O Domine, qui ab æterno te occupasti semper in hac arte, in quantum modum, quo me continuo in illa exerceam.*

Quanti æstimatur in mundo ars parandi divitiarum, quam multi eam sectantur? quanto studio incumbunt homines mundani? Et tamen hæud æstimantur. *Vera divitiarum sunt in amore divino: omne mundanum totius mundi comparatum ad eas, sicut arena ad mare, arena exigua.*

Qui vult evadere insignis in aliqua arte, debet se exercere in ea, semper instrumenta habere in manu. Ita me gerere debet in arte divini amoris: ut occupatus sit.